


NÚM. 30.

Jueves 24 de Julio de 1884.

AÑO XXXII.



BOLETIN DEL CLERO DEL OBISPADO DE BURÓN.

RESOLUCIÓN IMPORTANTE

de la S. Congregación del Concilio sobre residencia parroquial.

Núm. V.

LEGIONEN.—RESIDENTIAE.

Die 10 Maii 1884.

Legione apud ecclesiam S. Isidori Capitulum Collegiale habetur, quod vitam et formam obtinuit anno 1148 ex Bulla S. P. Eugenii III et voto Comitiorum in oppido *Palencia* accitorum. Sess. 23 Cap. 1 de Reform.

Huius Capituli status singularis prorsus existit, nec consimile quid habet in Hispaniis, nisi in Collegiata S. Mariae de *Roncesvalles*. Siquidem Capitulares, dum ex clero saeculari assumuntur et per vices ab Episcopo et ab Hispaniarum Rege, tamquam patrono, nominantur, et dum cuique ipsorum a civili gubernio pensio tribuitur quae loco praebendae est, vicissim ipsi insimul habitare tenentur sub quadam regula quae dicitur esse S. Augustini; et, postquam nominati sunt, canonicam institutionem obtinere non valent, nisi integrum annum apud ecclesiam transegerint viventes iuxta cuiusdam novitiatus normas. Ex hoc ista Collegiata *Regularis* solet nuncupari. Et eius status re-

centius comprobatus est in Concordato anni 1851, et in Bulla S. P. Pii IX *Inter Plurima* data die 29 Iulii 1859 in qua legitur: «Utrasque Collegiatas S. Isidori nempe Legionensis et S. Mariae Roscidae Vallis... confirmamus ea tamen lege ut Regularium Collegiarum Dignitates et Canonici... uti antea sub Regula S. Augustini religiosam et communem secundum antiqua eorum statuta vitam degere pergent.»

Adiiciens relate ad eos qui noviter nominati essent: «nequeant collationem canonicam accipere, nec in possessionem canonicatum adire, donec tirocinii annum expleverint, reliquiasque professionem emiserint.»

Praescribens «da ultimo ai rispettivi Vescovi che formassero dentro un anno nuove costituzioni uguali e conformi quanto fosse possibile alle antiche, sottomettendole prima di metterle in esecuzione all' approvazione di Roma.»

Verum in actorum fasciculo saepius invenitur assertum, hanc Pii IX Bullam exequi adhuc non potuisse; cuius rei causa, ni fallor, saltem praecipua haec est: videlicet anno 1835 ex civilis protestatis pracepto Consilium Deputatorum provincialium religiosam Capituli domum occupavisse; subinde milites in eam se recepisse, neque adhuc reliquisse, quamvis non semel hoc petum fuerit, atque ultimum die 12 Aprilis 1882 ab eodem Deputatorum Consilio: et quamvis Regium decretum diei 15 Februarii 1878 id quantocius fieri iuberet. Ita porro sublata Capitularibus domo, et vitam commune desisse, et novitiatum amplius perfici non potuisse, imo et qui exinde nominati sunt canonici, institutionem in beneficio obtinere haud valuisse consequens erat.

Hisce historice et ad rei intelligentiam enarratis factorum speciem subiiciam, ex quibus praesens controversia orta est.

Itaque quum hodiernus Episcopus ad Legionensem sedem evectus est hoc malum invenit, videlicet plures sacerdotes, qui vel in Legionensi vel in alia dioecesi animarum curae addicti erant, a Regio patrono fuisse nominatos ad Canonicatus S. Isidori, et exinde Legione commorari pensionemque recipere, nec tamen parochiam dimittere, imo eam retinere, hac forsitan ductos de causa, quod institutionem in Canonicatu adhuc non obtinuerunt: ideoque plures paroecias Vicariis per indefinitum tempus cum animarum damno et plebis offensione esse commissas.

In hoc rerum discrimine cum consilium a S. Sede Episcopus rogavisset, S. H. C. die 24 Ianuarii respondit, ut Episcopus «sacerdotibus, de quibus in precibus, terminum praefigeret, ut, quatenus ipsi veri canonici diiudicari nequeant, redeant ad residentiam parochiale, et consulant conscientiae suae quoad redditus canonicales absque legitimo titulo perceptos: termino autem inutiliter elapso procedat contra detrectantes ad formam iuris. Quatenus vero iidem sacerdotes diiudicari debeant

»veri Canonici, idem Episcopus procedat contra eosdem ad formam iuris, nisi infra congruum terminum alterutrum beneficium dimittant.»

Huius rescripti vi omnes Canonici S. Isidori qui simul parochiam obtinebant, illam prompte dimiserunt. praeter Ioannem Sanchez parochum SS. Salvatoris in oppido *Villamañam*. Hic enim utrumque, sive paroeciam sive canonicatum dimittere detrectabat; et cuin saepius paterno more ab Episcopo monitus esset ut alterutrum iuxta legem seligeret, verba infructuosa evaserunt. Ideo tandem solemnibus litteris diei 9 Aprilis 1880 praescriptum ei fuit ut intra octiduum praceptis sibi factis pareret. Verum tunc poposcit, ut quaestio ad tribunalia deferretur; et Legionensis Praesul pro bono pacis, ut ipse ait, precibus acquievit; et ad hanc causam videndam Canonicum Doctoralem Caietanum Sentis delegavit.

Porro coram iudice sacerdos Sanchez se parochum esse confessus est; talemque permanere velle, usquedum ad canonicatum S. Isidori institutionem non obtineret: tum enim lubenti animo paroeciae tituto nuncium missurum fore: interea tamen tamquam novitium Canonicorum Regularium S. Isidori (talem enim se dictabat) nullo modo posse suo iure spoliari.

Verum iudex, auditore procuratore fisci, cum perspexisset inane effugium ad legis rigorem vitandum in medium a Sanchez adduci, die 7 Iulii 1880 huic sacerdoti praefixit terminum 10 dieum ut ad parochiam regrederetur.

Contra hanc interlocutoriam sententiam Sanchez protestatus est et appellationem quoque ab ea interponere apud Metropolitum tentavit, quamvis incassum. Quia iudex die 14 eiusdem mensis utrumque remedium ei excludebat, et terminum 10 dieum antea praefixum iterum ei confirmabat.

Inter haec decendum elabebatur, et cum ad suam paroeciam hic sacerdos non rediisset, iudex eum contumacem primum declaravit, die nempe 21 Iulii; et subinde, die nempe 29, definitivam sententiam tulit, quia sacerdos Sanchez paroecia privabatur et ad litis expensas damnabatur.

Appellatione illico interposita, omnia gesta in tribunali primae instantiae ad Metropolitanum transmissa sunt; sed quia appellatio admissa fuerat tantummodo quoad effectum devolutivum, ideo Patronus, cui subest paroecia Villamañam, illico ad hanc ecclesiam praesentavit sacerdotem sibi benevolum, quem Ordinarius acceptavit quidem, sed, ceu videtur, non instituit.

Etenim inter haec Metropolitanus, rebus perpensis, sententiam iudicis inferioris rescidit, decrevit D. Sanchez teneri ad residentiam parochiale sub poenis a C. Tridentino statutis, eundemque omni iure carere ad residendum et officium implendum in ecclesia Collegiata S. Isidori, nisi Episcopus potestate ei de-

derit pro dioecesis bono; et declaravit litis expensas esse *de officio*.

Sed Sanchez neque huic sententiae acquievit, sed per Nun-tinm Apostolicum Hispaniarum ad Matriti Rotam appellavit.

Haec autem in primo turno confirmavit sententiam Metropolitani quatenus in hac decernitur D. Sanchez teneri ad residen-tiam in paroecia Villamañam, decrevit in hanc ipsum regredi debere intra sex menses, et voluit insuper ut omnium trium iu-diciorum expensae essent *de officio*.

Verum neque haec sententia praefato sacerdoti placuit, qui imo ad alternum Rotae ordinem rem voluit referri.

Et hic die 9 Ianuarii 1882—primum considerans «che questi atti (praecedentium iudiciorum) sonosi promossi in conseguenza dell’ esposto che il Vescovo di Leon ai 9 Gennaio 1880 umiliò al S. Padre, in cui non si manifestò lo *statu quo* nel quale con conoscimento ed accordo, almeno tacito, delle due potestà si trova la Collegiata di S. Isidoro da quando si emanò la Bolla *Inter plurima*, in forza della quale i Sacerdoti che sono nominati per i Canonici dal R. Patrono entrano a servirli e percepisco-no gli assegnamenti che paga il Governo, come se fossero veri Canonici, lasciando intere le rendite di loro parrocchie, se fos-sero parrochi, a disposizione del Vescovo per dotare i Vicari, che nomina a suo piacimento:—che tampoco si manifestò in esso che la metà dei Sacerdoti che servono i detti Canonici in luogo di essere *Delecti*, come vagamente ed impropriamen-te dicesi nell’ esposto, sono presentati dal R. Patrono...—e che da ultimo non si disse che gli anzidetti Sacerdoti desiderano cominciare o terminare la probazione corrispondente per poi fare la solenne professione, che non possono effettuare per ora non per colpa loro, sibbene per non essere tuttavia dato ese-cuzione alla ripetuta Bolla» —et exinde preces ab Episcopo S. H. C. prolatas arguens de subreptione et obreptione, ideoque nullum ac nullius valoris edicens subsequens S. H. C. rescrip-tum; aliaque plura considerans et concludens; ita tandem decer-nebat: «Sentenziamo, che, supplendo ed emendando la senten-za emanata dal 1° turno di questo supremo Tribunale ai 4 Lu-glio 1881, dobbiamo dichiarare e dichiariamo nullo e di nes-sun effetto tutto quanto si è operato in questi atti; e che perciò dobbiamo ordinare ed ordiniamo che si mantenga lo *statu quo* che avea la R. Collegiata di S. Isidoro di Leon ai 9 Gennaio 1880, senza fare alterazione alcuna fino alla esecuzione della Bolla *Inter plurima* di Pio IX, che, come si deve si effettuerà da chi di ragione quanto prima, od in suo caso e previa nuova istanza formata con cognizione del R. Patrono, finchè la S. Se-de disponga quanto ritenesse per conveniente; si condanna in tutte le spese delle rispettive istanze il giudice speciale di Leon

»D. Gaetano Sentis. Così disposero, ordinaron e firmaron
»gl' Illmi Uditori del Supremo Tribunale della Rota della Nunzia-
»tura in Spagna, Madrid. 9 Gennaio 1882.»

Hac data sententia, decendum absque reclamazione lapsus fuisse videtur. Ideoque cum post aliquod temporis recursum ad idem tribunal habuissent sive sacerdos qui ad paroeciam Villa-mañam praesentatus a patrono fuerat sive iudex Legionensis Curiae qui expensis quatuor iudiciorum fuerat mulctatus, utrumque Rota reiecit.

Tum vero Legionensis Praesul ad S. Pontificem se convertit, cui per singula rem ennarrans ita concludebat: «Mei pastoralis officii proprium existimavi huius eventus historiam referre, sive ut ea non lateat Sanctitatem Vestram, sive ut V. S. dignetur mihi significare modum quo consulam parochiae Villamañam, quae, cum abs dubio adnumerari possit inter praecepias parochias huius Dioecesis tam diu proprio parocho est orbata et commissa Vicario, qui, quamvis zelo et doctrina praeditus, munus tamen parochiale nequit plene eequi nec parochianos voti compotes facere de proprio pastore satagentes, quem a me iam aliquod abhinc annis enixe repetunt.»

Hisce acceptis, cum Apostolicus Hispaniarum Nuntius fuerit ad rem rogatus, ipse respondit: «Nulla potrei aggiungere alla esposizione fatta da Mons. Vescovo che valga á rilevare ulteriormente il merito della questione; mi giova solo far presente all'E. V. che essa non riguarda punto la persona del degnissimo mio Predecessore, sotto il quale la pendenza fu deferita a questo Tribunale (dela Rota), limitandosi nell' oggetto la facoltà del Nunzio Apostolico, soltanto a rimettere in via commissoria a detto Tribunale la cognizione della causa.»

Post haec peractis ordinariis de iure actibus, causam coram Amplissimo Vestro Senatu sub dubio in calce exscripto discutiendam hodie propono.

Et cum praesentis controversiae punctum in hoc sit, utrum et quanam ratione Rotae sententia diei 9 Ianuarii 1882 sustineri queat, iam eius favore plura observari possunt.

Sancitum est in auth. *De appell.*, et *can. Anteriorum* 2 q 6: «Omnes appellationes posse intra decem dierum spatium a recitatione sententiae numerandorum iudicibus, ab iis quorum interest, afferri.» Adeo ut post hosce dies et in *Rem iudicatam* sententia transeat, et appellatio amplius interponi non possit. «Cum post 10 dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatae, qui ad provocationis subsidium intra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditum denegavit, cum per hoc videatur per interpretationem iuris rei iudicatae paruisse.» c. *Quod ad consultationem tit. De sent. et re iudic.*

Atqui in themate decem dies absque partium reclamatione

transierunt. Legitur enim in calce praefatae sententiae Rotalis:
 «Notificati detta sentenza alle parti, si presento da parte del
 »Sac. D. Giovanni Sanchez uno scritto, dimandando che essendo
 »già decorso il termine legale senza avere appellato ad essa si
 »dichiarasse per accettata e passata in autorità di cosa giudi-
 »cata. Al che si annuì con atto dei 21 Gennaio 1882, ordinando
 »in pari tempo di fare la tara delle spese che realmente verifi-
 »cossi, e quindi si rilasciò la corrispondente scrittura esecuto-
 »riale, e per rendere a puro e debito effetto la citata sentenza
 »in tutte le sue parti.»

Itaque sententia in rem iudicatam transisse videtur; ac proinde iuxta sup. cit. iura ab ea amplius appellari non potest.

Meminerim ulterius, rem iudicatam *pro veritate accipi* (*Reg. 207 ff. et l. Ingenium ff. de statu liber.*); habere pro se praesumptum utriusque partis consensum (*cit. cap. Quod ad consultationem*); nec non praesumptionem iuris et d: iure quod sit iusta (*l. Res iudicata ff. de reg. iur.*); facere ius inter partes (*c. Cum inter 13 §. Quamvis tit. de sent. et re iudic.*); finire lites (*cap. 2 lit. cit.*); excludere probationem in contrarium etiam pra textu instrumentorum de novo repertorum (*c. Suborta 21 §. fin. tit. De sen- ten. cit.; et c. Monasterium ib.*); ac demum tanti esse valoris ut de ente faciat non ens et de falso verum, et de albo nigrum, secundum litteram legis *Iulianus verum n. 2 ff. De conduct. indeb.*

Cum itaque ex utriusque iuris censura talibus clausulis res iudicata muniatur; iam qui ab ea provocant, repellendi incontinenti debent. Et quamvis sint casus, in quibus per viam (ut dicitur) querelae, et data super hoc restitutione in integrum iuxta *L. 1 ff. Ex quibus causis maior.*, provocantes a re iudicata audiuntur; tamen hoc non fit nisi ex gravissima et evidenti iustitiae causa, ac nisi ex certis argumentis iniqua praecedens sententia appareat.

Atqui in themate Rotae sententia iustitiae speciem praeseferre videtur tum pro ea parte qua decernitur res manere debere in *statu quo* usque dum S. Sedes provideat; tum pro altera parte qua index Sentis processuum expensis multatur.

Et quod praeprimis conservatio *status quo* sit iusta, potest hisce observationibus suaderi.

Sanchez ex Regii Patroni nominatione certum ius nactus est ad Canonicatum, ius nempe ad rem iuxta *can. Decernimus 32 q. 7; can. 16 cap. Significante 18; cap. cum autem 24; et cap. Pastoralis 29 De iure patron.* 38, *L. 3 D.* Neque enim dubitare licet de huius sacerdotis idoneitate. Verumtamen institui in hoc beneficio non potest; idque extra omnem suam culpam sed ex temporum aut rerum malitia.

Iamvero *imputari non debet ei per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum*, ut habet *reg. 41 iur. in VI°*. Vide-

licet neque damnum neque paenam sentire debet, qui legitime impeditus non facit quod alias facere debuisset ad tradita per Reiffenstuel in *cit. reg.*; quia nemo sine culpa debet puniri, aut iure suo privari, vel. damno affici, *arg. c. Sine culpa De reg. iur. in VI°.*

Quae normae aequitatis non uno exemplo in iure canonico probantur. Ita e. g. si clericus non sacerdos ad ecclesiam parochialem promotus fuerit, intra annum sub poena amissionis paroeciae sacerdotalem ordinem suscipere tenetur *c. 35 De elect. in VI*; et tamen ab hac poena immunis est si sufficienter probet, se legitime fuisse impeditum — ibi — «Annus autem huiusmodi tibi non currit si promoveri iusto impedimento detentus intra tempus huiusmodi nequivisti.» Sic etiam, si quis a sententia appellat, appellationem intra annum prosequi tenetur *c. Cum sit 5 De appellat.*: et tamen appellatio deserta non censemur, si impedimentum id faciendi intra annum adfuerit: «Dummodo prosecutionem ipsius (appellationis) per impotentiam vos constituit omisisse.» Ita *c. Ex ratione 8 De appellat.* Sic pariter quamvis sub poena devolutionis electio fieri debeat intra tres menses *c. Ne pro defectu 41 De elect.*; tamen etiam post tres eligere adhuc possunt canonici si impedimentum intra tres menses eligendi sufficienter probent — ibi — «Intra quos scilicet tres menses, (iusto impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice.» Consimile exemplum habetur in canonicis infirmis qui non praestantes officium tamen, utpote legitime impediti, percipiunt fructus.

Itaque etiam in praesenti casu sacerdos Sanchez, qui ex vi maiori impeditur ab institutione consequenda, debet in suo iure integer praeservari; nec ullo pacto damnificari: culpae enim ei verti non potest, seu imputari, quod per eum non stat; quia legitime impeditus poenam sentire non debet.

Atqui si, stante hac impossibilitate institutionis consequendae, sacerdos Sanchez adigeretur vel eligere ius ad canonicatum, dimittendo paroeciam; vel eligere paroeciam dimittendo ius ad canonicatum, iam neque in suo iure idem integer praeservaretur, et reapse damnificaretur.

Sane in prima hypothesi ipse exueretur titulo certo beneficii, quin cognosci valeret utrum et quando posset novo titulo coherestari: in altera vero privaretur iure ad canonicatum, videlicet spe et certa possibilitate consequendi beneficium pinguis et comodius, quam parochiale.

Itaque stante dicta impossibilitate, et usque dum S. Sedes aliquid super hoc provideat, ad neutrum istorum sacerdos Sanchez cogi debet; quia in utroque casu poena absque culpa pa-

riter ei inureretur, idque contra iuris normas superius allatas. Ideoque servandus erit *status quo* iuxta Rotae sententiam.

Eo vel magis quod ex hac praesentis status conservatione dum sarta tecta servantur iura sacerdotis Sanchez, neque Paroecia proprie damnificari videretur. Haec enim per Vicarium regitur, qui libere ab Episcopo constituitur, quique integras mensae fructus colligit, ut asseritur in saepe allegata sententia Rotali. Parochias vero per Vicarios regi neque absolum neque novum in iure est. Et praecise verificatur in casu sacerdotis ad Religionem transeuntis ex *cap. Beneficium 4 De regular.* in VI°—ibi—«Beneficium illius qui religionem ingreditur non »est infra probationis annum alicui conferendum; sed interim »eidei beneficio per alium deserviri debebit assignata sibi con- »grua de ipsius proventibus portione.»

Itaque potest etiam in themate idem permitti, cum praesertim Sanchez mordieus sustineat se Novitium esse Canonicorum Regularium S. Isidori, ideoque Religiosorum privilegiis frui debere; quod quantum verum sit EE. VV. iudicabunt.

Quod si ad impugnandum Rotalis sententiae valorem et ad *statum quo* damnandum, recursus fiat ad S. H. C. rescriptum; responderi primum potest, hoc subreptitie et obreptitie fuisse obtentum iuxta ea quae allegata sunt in specie.

Sed ulterius dici posset, ex eo rescripto laedi ius tertio quaesitum. Ius enim est sacerdoti Sanchez quaesitum ad canonicatum. Porro hoc iure ad rem is spoliaretur, quia, cum canonicus modo non sit ob institutionis parentiam, in paroeciam regredi quam primum cogeretur; et ita simul canonicati nuncium mittere deberet.

Insuper Regio Patrono ius certum est, quemlibet clericum, etiamsi parochum, nominandi ad Canonicatus S. Isidori. Iamvero ex S. H. C. decreto eius ius coarctaretur, sen laederetur «rendendo inefficaci le sue pretensioni quando ricadessero in possessori di Parrocchie o di qualsiasi altro beneficio residenziale» quia praecipere semper posset Ordinarius «che i presentati per i canonici, si restituiscano, anche dopo di essere stati ammessi da disimpagnarli, a resiedere nelle loro Cure o Benefici residenziali; ed inoltre non voler loro accordare la istituzione canonica a motivo di non aver fatto la professione solenne, che deve precederla.»

Porro ex *reg. XVIII Cancell. Ap.* décretum et declaratum habetur «quod deinceps per quamcumque signaturam seu concessionem aut gratiam vel Litteras Apostolicas pro commissiōnibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiamsi motu proprio et ex certa scientia, ac etiam ante motam item a Sanctitate sua emanaverint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quaesitum quomodolibet tollatur.» Adeo ut ipse Mo-

tus Proprius nihil operetur in praeiudicium iuris tertii, nisi id exprimat c. *Quamvis 8 De Rescriptis in VI.* Et Apostolicae Litterae non tollant alterius ius, «quamvis illud sit indirectum et minimum.» Riganti *in reg. 18 n. 7* citans alios; nam régula utitur dictione *quomodolibet*, quae includit omne ius quantoenque minimum, ut observat Fagnanus in c. *Ceterum n. 21 De rescript.*

Imo ex adducta regula praeservatur etiam *ius ad rem*, quod provenit ex electione, presentatione et oppositione—Riganti *l. c. n. 47*, et apud eum Lotter. *De re benefic. lib. 2. q. 51, n. 28* aliique—Hoc autem quam maxime causae sacerdotis Sanchez quadrat, ceu facile videre est.

Et quamvis haec dicta praecise sint de actibus proprie Papalibus; tamen applicationem quoque habent in SS. Congregacionum rescriptis; imo et a fortiori; quae ideo praeservare semper debent iura tertiiis quaesita, et nihil operari in praeiudicium ipsorum.

Hac autem norma adoptata, cum praesens S. H. C. decretum laesivum videatur iuris tertiiis quaesiti: iam hoc ipso habendum erit tamquam nullius effectus, et invalidari merito poterit.

Neque subiungas, Rotae tribunal intervenire non potuisse, neque loqui, et eo minus invalidare S. H. C. decretum, quia iudex inferior non valet superioris acta damnare.

Objectioni namque responderi posset, hoc adamussim verificari quando superioris acta valida per se sint; non vero cum ex intrinseco defectu sunt irrita ac nulla. Cuius exceptionis non unum suppetit exemplum in canonica iurisprudentia.

Ita e. g. contra Confirmationes S. Pontificis super aliqua re, statuto, contractu, aut huiusmodi factas, nullus inferior iudex potest aliquatenus iudicare *cap. 1 et 2 De confirmat. util. vel iunt.* Et tamen potest contra eas procedere quando per evidentiā facti aut huiusmodi, constet eas per falsi suggestionem fuisse elicitas c. *Cum olim 24 De verb. signif;* et c. *De appellat. 2. De confirm. util. etc.* et c. *Super litteris 20 De rescript.*

Ulterius quia per confirmationem in forma communi concessam non tribuitur novum ius; si index inferior videat actum, qui a S. Pontifice confirmatus est in forma communi, secundum se nullum fuisse atque invalidum; potest per consequens, accessorie et incidenter pronuntiare ipsam confirmationem Apostolicam esse nullam. Ita Pirhing. *tit. De confirm. util.. n. 15* citans Suarez *L. 8 De legib. c. 18 n. 2.*

Analogum quid habetur in materia Rescriptorum iustitiae seu super litibus. Haec enim quamvis a S. Pontifice emanaverint invalidari possunt, et de facto ab inferiore iudice invalidantur, si adversarius, contra quem impetrata sunt, de subreptione excipiat. Ita Abbas in c. *Ceterum n. 6,* et communiter.

Itaque inferiora tribunalia videre aliquando possunt superiorum decreta, et, si certo de horum invaliditate constet, valent eadem recognoscendo infirmare.

Atqui S. H. C. rescriptum veluti subreptitie obtentum, ac veluti iuris tertii laesivum invalidum censeri debet, iusta ea quae superius observata sunt. Ergo optimè Rotae tribunal poterat de eo interloqui. Atque adeo Rotae sententia, pro parte qua *status quo* commendatur, sustineri equidem debere, neque argui ullo modo posse videretur.

Relate vero ad expensas litium quibus gravabatur iudex primae instantiae Sentis, quamvis in hac parte durissima videatur Rotae sententia, attamen meminisse oportet hanc quoque in rem iudicatum transisse; adeoque non posse tam faciliter ab ea recedi.

Observandum insuper est, D. Sentis iuridicas procedendi normas non tenuisse, sive consideraverit sacerdotem Sanchez veluti duorum beneficiorum detentorem, sive eum habuerit veluti parochiam non residentem.

Sane in prima hypothesi equidem statutum est *c. 28 De præb. et dignit. et cap. 4 sess. 27 C. F.*, ut, quicumque residentiale beneficium obtineat, dum aliud eiusdem generis possidet, hoc maneat ipso iure privatus. Verumtamen huiusmodi disciplina viget, quando hoc alterum beneficium est collatum, acceptatum et pacifice possessum vel saltem penes beneficiatum stetit, quomodo pacifice illud possederit, prout post Glossam in *cap. 35 De elect. in VI. v. Pacificam* tenent DD. communiter. Sed hoc extrellum in themate non verificabatur, et sic non potest invocari ad iustificandam sententiam, qua sacerdos Sanchez parochia privabatur.

Restat altera hypothesis, quod nempe Sanchez consideretur tamquam parochus apud ecclesiam non residens, qui proinde moneri debet, et, nisi resipiscat, beneficio quoque privari. Et notare satago in hunc sensum profecto ivisse Legionensem iudicem, ceu ex sententiae contextu appareat.

Verumtamen et in hoc casu contra iuris normas ipse processisset. Solemne enim est, quod parochus absens citandus est una aut tria monitione, personaliter aut per publica edicta iuxta circumstantias, ut intra competentem terminum ad Ecclesiam redeat. Sed iusta *cap. Ex parte De cleric. non resid.* ab ultimo edicto expectandus semper est adhuc per sex menses, quibus elapsis, et tunc tantummodo ad privationem procedi licite potest. Lucidi *cap. III § 6, num. 235* et plures apud eum. Quae forma adamussim servanda est «aliter (index) nulliter et iniuste procedit.» Lucidi ibi.

Atqui haec forma penitus violata est in Legionensi iudicio, ideo in utraque hypothesi nullam excusationem D. Sentis adducere posse videtur.

Quo semel posito, incongruum non videtur eum fuisse iudicii sui expensis multatum. Iudex enim qui iniquam sententiam tulit, tenetur damni ex *L. 63 ff. De evict., et L. 32 ff. De iniur.* Neque iuris ignorantia eum excusare potest, quia haec neminem iuvat ex *reg. 43 iur. in VI°* et iudicem maxime dederet. Qui imo, carens debita scientia, et ex culpabili ignorantia male iudicans, peccat mortaliter, et tenetur ad restitutionem totius damni, causati parti laesae sive in substantia litis sive in superfluis expensis, teste Card. De Lugo *t. 2 disp. 37 n. 1*

Et quia inter damna accenseri quoque possent sequentium iudiciorum expensae, hisce quoque forsitan Legionensis iudex videretur potuisse non inique multari.

Et haec rotalis sententiae favore. Ex adverso autem non minora sunt argumenta.

Primum namque non potest tuto dici eam sententiam transisse in rem iudicatam, ex hoc tantum quod decem dies lapsi sint post eius promulgationem, quin interea partes reclamarunt; si quidem insuper requiritur quod sententia sit in se iusta, neque contra ius constitutionum lata.

Sane *L. Si expressim ff. De appellat.* haec habet: «Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit valere non debet; » et ideo et sine appellatione causa «denuo induci potest» Et in *L. Si cum inter te C. Quando provocare etc.* iubetur sententiam contra leges canonesve prolatam nullas habere vires; adeo ut nec provocationis auxilium necessarium sit.

Et rursum *c. Inter caeteras 9 De sent. et re iudic.* statuitur: «*Sententiae non debet stari, si iniquitatem conlineat manifestam.*» Idque ampliatur ad sententiam in qua Iudex exprimit causam non concludentem, quia etiam talis sententia est nulla. Abbas. *c. Sicut nobis tit. cit. n. 14 et 15.*

Ex quibus locis aliisque DD. concludunt, sententiam iniustum aut nullam numquam transire in rem iudicatam, licet ab ea non appelletur; sed probato iuris errore, potest retractari non solum post decendum, sed etiam post decennium usque ad 30 annos. Ita Maranta *tit. De sent. et re iudic. n. 154;* Reiffenstuel *ead. tit. n. 114 seqq.* Nam quod nullum est, nullum producit effectum, et non entis nullae sunt qualitates; et quae contra ius fiunt debent utique pro infectis haberri, iuxta notas iuris regulas.

Atqui in themate haec omnia urgeri possunt contra Rotae sententiam. Eadem enim sancitur Parochum per indefinitum tempus posse suam paroeciam deserere hac unice de causa, ut nempe pinguiori stipendio frui valeat, vel, si vellit, ut ius ad rem sibi gratiorem amittere non cogatur. Hoc autem abnorme omnino esse et quorumcumque iudicium potestatem prorsus excedere quisque facile intelligit.

Lex enim Tridentina *c. 1 sess. 23* quae Episcopos aequae ac

Parochos tangit, alte proclamat: «Cum praecetto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere pro his sacrificium offerre verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione ac bonorum omnium operum exemplò pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in caetera munia pastoralia incumbere, quae omnia nequaquam ab iis præstari et impleri possunt qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt; S. Synodus eos admonet et horatatur ut divinorum præceptorum memores factique forma gregis, in iudicio et veritate pascant et regant.» Et subinde addit: «Si quis autem (quod utinam numquam eveniet) contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit S. Synodus praeter alias poenas adversus non residentes sub Paulo III impositas et innovatas ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentiae fructus suos non facere.» Et pro parochis in specie subiungit: «Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint—eos posse ac debere puniri usque ad suae paroeciae privationem; et quod «discedendi licentiam in scriptis gratisque concedendam ultra bimestre tempus nisi ex gravi causa non obtineant.»

Post tam clarissimas legis præscriptiones quid sentiendum sit de Rotae iudicio, ex se quisque concludet.

Neque magnificata causa non amittendi ius ad canonicatum, seu percipiendi pinguiores redditus, aliquid Sanchez iuvare videtur, quia eadem Tridentina Synodus recurrit, iubens cit. loc. «Neque executionem hanc (poenarum in absentes) quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscumque beneficii, pactione, statuto, iuramento vel quacumque auctoritate confirmata, consuetudine etiam immemorabili, quae potius corruptela dicenda est, sive appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianae Constitutionis suspendi posse.»

Adeo ut in durissimo casu, quando mala plebs suum pastorem odit, qui ideo fugiendi habet necesse, in hoc casu, inquam, in quo parochi innocentis misereri omnia suaderent; tamen ex Fagnano cap. *Clericos De cleric. non resid.* n. 27 «ubi inimicitiae sunt verisimiliter duratura, ut consulatur curae animarum, inducendus est parochus ad resignandum vel permutandum; et ita parochus punitur sine culpa sed non sine causa.» Et obtestans de S. H. C consuetudine n. 57 adiungit: «Quod si intra sex menses needum sedatae sunt inimicitiae (S. C.) reserbit Episcopo, ut det illi sex mensium prorogationem, repetitis omnibus quae in prioribus litteris continebantur, et sine spe alterius prorogationis, quae rarissime conceditur.»

Et si tamen aliquando temperatum sit ab hoc rigore, et de

anno in annum prorogatum sit indultum abessendi ad tradita per Lucidi *cap. III*, § 6, n. 233; recolere tamen est, hanc disciplinam quoad parochos absentes observatam esse in hoc unico casu, vix in poenam turbidae plebis, semper ex gravissimis circumstantiis, atque vigore illius supremae potestatis, qua in iudicando SS. RR. Congregationes utuntur: nam «indulta perpetua de non residendo etiam ex iustis et rationabilibus causis iam sublata fuerunt decreto *cap. 2. sess. VI C. T.*» teste Fagnano *cit. l.*

Casus vero praesens toto coelo differt; in hoc enim absentia fieret in solum parochi cominodum, ut pinguis emolumentum lucretur aut ius ad rem non ambittat, idque per indefinitum tempus, continua quaerimonia fidelium de suo pastore satagentium, (ut Episcopus testatur) ac non modico animarum detrimento.

In hisce extremis vero absentiam Pastoris probare tum iniustum, tum canonicae legis atque ecclesiasticae disciplinae subversivum prorsus videtur.

Ideoque Rotae sententia, qua talis absentia adstruitur, nulla et nullius valoris dicenda. Consequenter neque in rem iudicatam transiisse, neque ulla ratione S: H. C. auctoritate firmanda.

Idque eo vel magis quia contradicit et evertit S. V. O. rescriptum diei 24 Januarii 1880, cuius rationalitas ac undique probata aequitas adeo emicat, ut legenti illico scateat, et ea quae usque modo dicta sunt, possunt aliquantulum edocere, atque firmare.

Neque proficit dicere id fuisse subreptitie obtentum. Siquidem primum non videntur fuisse ab H. S. C. ignorata, ea quae Rotae sententia affirmat fuisse ab Episcopo in suo supplici libello reticita. Imo quamvis non fuissent illae circumstantiae enarratae, ut Rota supponit, tamen ex hoc non videretur vitiare rescriptum. Siquidem taciturnitas fuisset in re non essentiali: causa autem finalis rescripti «quae ex toto et funditus animum movet disponentis» iusta Abbatem in *c. Post translationem De Renuntiat.* n. 18 rite exposita fuisset, ut facile videre est. Haec enim in themate alia non fuisset nisi paroeciae provisio; ne scilicet paroecia tam diu suo privaretur pastore; ei sed aut una aut alia via providetur. Itaque rescriptum sustineri debuisset. Subreptio enim quae contingit circa causam non motivam non vitiat rescriptum, ut cum communi docet Reiffenstuel *De Rescriptis* n. 182.

Inficiari quoque potest, quod sit iuris tertii laesivum huiusmodi S. C. rescriptum. Non quidem primum iuris Regii Patroni. Hic enim adhuc valet quemlibet nominare etiam parochum, dummodo iste velit paroeciae suae renuntiare: quae tamen conditio in omni casu subintelligitur; imo et volita est ab Hispaniarum Rege. Ita enim iubetur a R. Decreto diei 14 Novembris 1851 *art. 5:* «I Prebendati e Beneficiati che in appresso si nominino

»per altra carica ó commissione che li obblighi a risiedere con-
tinuamente fuori del paese in cui la Chiesa trovisi situata, otte-
ranno nel termine di due mesi se stessero nella Penisola, e
»quattro se si trovassero all'estero, fra la Prebenda o Beneficio
»ecclesiastico, se non fosse titolo di ordinazione, e la commissio-
»ne o carica; intendendosi rinunziare al primo dal momento in
»cui principiano ad esercitare il nuovo officio; nel qual caso pro-
»cederà l'Ordinario a fare la dichiarazione di vacante in debita
forma.» Gravamen igitur ex eo rescripto Regio patrono non est.

Sed neque laeditur ius nominati, qui quidem potest pro ca-
nonicatu optare, et optando ius habet (si idoneus sit) ut ab Epis-
copo instituatur. Verum nullo modo ei absenti competit ius ser-
vandi per indefinitum tempus paroeciam sub praetextu quod non
instituatur, cum institutio canonica impossibilis sit, et cetero-
quin possessionem de facto, eamdemque tutissimam nactus sit
beneficii, et huius redditus integre percipiat. Si haec causa in the-
mate sufficeret nullus non praetextus exinde valeret ad paroec-
iam deserendam et tamen possidendam. Quisque enim ad lu-
crum captandum abesse posse exinde videretur. Ast potius, pa-
roeciae ius certum est habendi tandem aliquando proprium pas-
torem.

Denique allegare *Novitiatum*, ceu facit Sanchez, ut se tue-
tur in absentia et paroeciam servet, idem esse videtur ac fallaces
nugas agere, ludere potius quam ratiocinari.

Hisce irrisoriis verbis fiscus Legionensis Curiae sacerdotem
Sanchez hac de causa compellebat: «Ci dica chi è il suo Maestro
»di Noviziato? Quali sono le ore di ritiro, di silenzio e quali gli
»esercizi del Novizio Signor Sanchez? Quanto tempo deve durare
il suo noviziato? Quando prese il santo abito?....» Et respondens
aiebat: «Il maestro di questo novizio è il suo rispettabile e vir-
tuoso Sig. Padre in compagnia del quale egli abita. Il monaste-
»ro del medesimo è la casa paterna, la città, tutta la diocesi...
»Le ore di ritiro e di silenzio e gli esercizi di codesto noviziato
»son rilasciati alla volontà di lui perchè passeggiava, visita, ed
»assiste ad atti pubblici senza che per questo disconosciamo che
»il Sig. Sanchez è un buon sacerdote; quel che non ravvisiamo in
»lui è il Novizio.»

Post haec aliquid subiiciam quoad alteram Rotalis sententiae
partem.

Et primum quidem dicam. quod si ob suum iniustum iudi-
cium damnandus sit Dominus Sentis; iam, et in supposito eorum
quae usque modo observata sunt de Rotae sententia, contra hanc
retorqueri posset. argumentum.

Et rursus quia post rescriptum S. H. C. diei 24 Ianuarii
1880 Sanchez videretur tenere ad indicium provocavisse, huic
quidem tamquam temere litiganti refectio expensarum imponenda

videretur. Siquidem ex textu expresso, *Instit. De poena temere litig.* § II ec autem praescribatur: «Improbus litigator et dama et impensas litis inferre adversario suo cogatur.» Et plura ad rem Card. De Luca 39. de iudic. n. 7.

Sed tandem quoad iudicem Sentis, quamvis ante tempus (si velis) sacerdotem Sanchez paroccia privaverit, non tamen absque causa, aut temerariae opinioni innixus. Tulit enim sententiam hac Fisci observatione, inter cetera, motus: «Il Tridentino modificò la disciplina antica che esigeva che dopo di essere stato chiamato da editto o notificazione il parroco non residente, dovessero decorrere mesi sei. Dopo il S. Concilio il curato non residente può essere privato di sua parrocchia passato che sia il termine che gli venga assegnato nell'editto o notificazione secondo Fagnan. L. cit num. 32, e Carbonero y Sol nel suo eccellente trattato di Residenza ecclesiastica cotanto giustamente lodato dall'Episcopato Spagnolo, n. 29 ed altri.» Et reapse ex plurium, sed non omnium, DD. interpretatione et praesertim ex S. H. C. praxi inductum est quod post Tridentinum adhuc vigeat praescriptum cap. Ex parte, videlicet quod, facta ultima monitione, ante privationis sententiam sex menses expectentur.

Quod si aliud sensit Legionensis iudex, cum id fecerit innixus aliorum quoruindam DD. auctoritate, iam hoc ipso excusationem optimam habere videtur. Auctor enim est Reiffenstuel *De senten. et re iudic.* num 180 quod litigans si succumbat non est condemnandus, quando is, antequam litem ingredieretur, habuit consilia DD.

Ceterum iniustitia caderet circa accidentalia iudicii non circa substantiam, Sanchez enim post sex menses ad parocciam non rediisset, sed pro canonicatu optavisset.

Concluam tandem afferendo verba quae leguntur in Alatria 14 Martii 1842 coram de Retz apud S. R. Rotam—ibi—«Nisi enim de pura putaque calunnia ipse actor doceat evidentissime, fieri numquam poterit, ut damnorum actionem ex passa iquisitione sibi asserere valeat. Quod si semper firmissimum habatum et pro omnibus sequutum est, multo magis teneatur oportet pro Curia, et Fisci ministerio; cum Fiscus damnari non possit nisi ob manifestam calumniam et evidenter improbitatem.»

Quod si iudex Sentis militari nequeat expensis iudicii sui eo minus subsequentium.

Post haec rogantur EE. PP., ut pro sapientia ac iustitia qua fulgent, definire velint.

DUBIUM.

An et quomodo confirmanda sit, vel potius infirmando, sententia Hispanicae Rotae diei 9 Ianuarii 1882.

Die 10 Maii 1884. Sacra Congregatio Emorum S. R. C. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad supra scriptum dubium, respondit: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam: et confirmandam esse sententiam Curiae Legionen. solutis a Sacerdote Sanchez omnium graduum expensis.—L. Card. Nina Praefectus.—S. Verga, Secretarius.

EJERCICIOS ESPIRITUALES DEL CLERO.

Al entrar este número en prensa, terminan los de la segunda tanda, impidiéndonos la falta de tiempo hacer una reseña de la misma, si bien no ha de echarse mucho de menos, porque resultaría bastante parecida á la anterior.

Ambos Jesuitas, elogian la puntual asistencia de los ejercitantes á todos los actos religiosos y el edificante ejemplo que han dado con su compostura y recojimiento. A su vez los ejercitantes están agradecidísimos del sabio acierto y apostólico celo con que los Padres han dirigido los ejercicios. El trato que han tenido en el Seminario ha sido esmerado como siempre.

CRÓNICA PIADOSA.

El miércoles de la semana anterior terminó en la parroquia de San Martín la novena dedicada á Nuestra Señora del Carmen, habiendo predicado la plática de despedida el M. I. Sr. Deán de la Catedral: hubo una gran concurrencia.

La celebrada en la Iglesia de San Marcelo con mayor solemnidad, concluyó el Domingo: la última plática, como todas las anteriores, estuvo á cargo del P. Gómez, Jesuita. Por la mañana, había subido á la Cátedra del Espíritu Santo el Sr. Don Braulio de Santiago, Capellán de las Religiosas Benedictinas. Despues de la función Vespertina del Templo, fué llevada en procesión la veneranda Imagen á su santa casa, Iglesia de San Pedro

de los Huertos. Presidía este edificante acto el Sr. Cura Párroco de la misma Iglesia de San Marcelo, revestido de capa pluvial. La procesión fué lucidísima no solo por el mucho Clero y numerosos fieles de ambos sexos, que formaban dos largas filas con cirios encendidos; sinó tambien por la asistencia de la tropa de guarnición con sus Jefes y Oficiales según antigua y loable costumbre: todos los balcones del trayecto estaban adornados con vistosas colgaduras y luces.

Hubo numerosas comuniones en ambas novenas, especialmente el último día.

En la parroquia de Santa Marina se celebró la fiesta de su excelsa patrona con cultos solemnísimos, costeados por el señor Mayordomo, D. Lucio García Lomas. El panegírico de la Santa fué predicado por el Lic. D. Pedro González Ordás, Párroco de la misma feligresía. Se cantó la mejor Misa de Hernández á gran orquesta hábilmente dirigida por el Sr. Eneriz.

Al día siguiente, 19 de este, las Hijas de la Caridad del Santo Hospital dedicaron á su glorioso Padre, San Vicente de Paul, una brillante función religiosa con Misa muy solemne celebrada por el Sr. D. Clemente Bolinaga, digno Administrador del Establecimiento y sermón predicado por el Dr. D. José Tomás de Mazarrasa, Canónigo de la Santa Iglesia Catedral: la capilla de música fué dirigida por el expresado Sr. Eneriz: terminado el Santo Sacrificio se dió á adorar la reliquia del Santo, cantándose entre tanto el precioso himno del Apostol de la Caridad: el templo estaba decorado con bellísimo gusto.

El dignísimo Sr. Obispo de Orihuela, que había pasado á su país natal, Oviedo, para restablecer su quebrantada salud; al regresar para su Diócesis descansó dos días en esta, aceptando el obsequioso hospedaje que le ofreciera el Sr. Dean de la Catedral, que lleva antigua é íntima amistad con su Sría. Ilma.

Varias comisiones y personas distinguidas de esta población visitaron al I. Viajero, que cautiva con su trato afectuosamente paternal á todos los que tienen el honor de hablarle.

CRÓNICA RELIGIOSA CONTEMPORÁNEA.

(CONTINUACIÓN.) (1)

6. Los católicos de Palermo han enviado á Roma una comisión de eclesiásticos y seglares, la cual ha tenido la honra de ser recibida por Su Santidad, á quien le han regalado una gran me-

(1) Véase el número anterior.

dalla de oro que tiene por un lado la imagen de la Virgen del Rosario, y por el otro la siguiente inscripción: *Palermo — Ricordo, ottobre 1883.* Esta prueba de adhesión al Papa y de elevado sentimiento religioso, demuestra palpablemente que la fe vigorosa de los católicos de Palermo no se entibia por las manifestaciones hostiles de los librepensadores.

7. Un magnífico testimonio de la unión del episcopado con la Santa Sede ofrece en estos momentos la presencia en la capital del orbe católico de doce Arzobispos y Obispos de América, animados del común deseo de hacer más estables los rápidos progresos de la fe en el Nuevo Mundo por una aplicación más uniforme de la disciplina eclesiástica.

Hé aquí la lista completa de estos Prelados: Mons. Williams, Arzobispo de Bestón; Mons. Corrigan, auxiliar del Arzobispo de Nueva York; Mons. Gibbons, Arzobispo de Baltimore; Mons. Fechan, Arzobispo de Chicago, Mons. Heiss, Arzobispo de Milwaukee; Mons. Seghers, Arzobispo de Oregón City; Mons. Chatard, Obispo de Vicennes; Mons. Ryan, Coadjutor de San Luis; Monseñor Hara, Obispo de Siratón; Mons. Gerold, Obispo de Sittle-Raoek; Mons. Becker, Obispo de Wilmington, y Mons. Flash, Obispo de Croszen.

Estos Prelados tuvieron el 11 de noviembre una primera reunión en el palacio de la Propaganda Fide, bajo la presidencia del Embo. Sr. Cardenal Simeoni, y continúan celebrando sus reuniones dos veces por semana en el palacio de la Propaganda, bajo la presidencia de los Cardenales Simeoni, Howard y Angel Jacobini, y con asistencia de diversos Prelados y teólogos.

Estas conferencias tienen por objeto determinar los elementos de deliberación y de decisión del futuro sínodo que se celebrará más tarde en Nueva York, y al cual asistirá Mons. Sepiacci, de la orden de San Agustín, Obispo titular de Coligine, en calidad de legado de la Santa Sede.

8. Los Obispos Católicos de los Estados Unidos han pedido al Papa que nombre un Nuncio en Washington. León XIII ha accedido, habiendo dado el Gobierno americano seguridades completas de que el representante de América disfrutaría en los Estados Unidos del rango é inmunidades concedidas á los Ministros de las potencias europeas.

9. El periódico *Il Fanfulla* del 17 de noviembre, dice:

«Nos hemos impuesto estricta reserva acerca de la noticia publicada por varios periódicos italianos, según la cual el Papa ha manifestado su propósito de declarar profano el templo del Pantheon en el caso de que se insistiese en erigir en el centro de ese monumento el sepulcro de Victor Manuel. Se nos asegura de un modo positivo que esa cuestión acaba de ser resuelta, y que se ha llegado á un acuerdo.

«El Papa ha declarado que no quería suscitar cuestión alguna política, sino meramente evitar que, colocando en el interior del Panteón un monumento grandioso y de carácter mundanal, se quitase el carácter religioso á un edificio destinado al culto. A consecuencia de las negociaciones, que se nos asegura han terminado, se ha decidido que el monumento elevado á Victor Manuel sea colocado en una de las capillas.»

10. El 13 de noviembre se celebró en la capilla del cementerio de Santo Spíritu, en Sasia, una misa solemne por eterno reposo de las almas de los soldados del antiguo ejército pontificio. El general Kanzleer, proministro de la Guerra, asistió á la misa, y á su lado todos los jefes de los cuerpos y gran número de antiguos oficiales y soldados del disuelto ejército pontificio.

11. En la *Libertá*, diario israelita de Roma, encontramos la noticia de la inauguración de un templo protestante en la calle Nacional de aquella ciudad. Según el citado periódico, la inauguración fué fría y triste. El protestantismo no arraiga en Italia, como tampoco en España, á pesar de los miles de duros que se gastan en ello las sociedades bíblicas de Inglaterra.

La *Libertá* hace constar un detalle: el Pastor protestante que inauguró el citado templo invocó la bendición de Dios sobre el Rey de Italia, su Gobierno y las autoridades de Roma.

Así se vengó del pueblo católico de la Ciudad Eterna, cuyos sentimientos religiosos ofendía, y probó una vez más que el protestantismo no sabe ni puede dar un paso sin el apoyo de las potestades de la tierra.

(Se continuará.)

Hacemos nuestro el siguiente anuncio publicado en el *Boletín Eclesiástico* de Tarazona.

REPERTORIO DEL CLERO.

REVISTA INTERESANTÍSIMA.

— — —

Con fecha 1.^º de los corrientes se dió á luz por los señores Ibarzabal Hermanos el primer número del *Repertorio del Clero*, revista quincenal dirigida por el Ilmo. Sr. Doctor D. Ramón de Ezenarro, Auditor Fiscal del Supremo Tribunal de la Rota. El nombre del sabio y reputadísimo Director, es la mejor garantía para estimar en todo su precio y valor la autoridad, la pureza y la profundidad de doctrina de esta importante publicación.

Si las condiciones de este BOLETÍN lo permitieran, publicaríamos con el mayor gusto los preciosos artículos y profundos trabajos que contiene el primer número del *Repertorio del Clero*; en la seguridad de que habían de llamar notablemente la atención de los lectores del BOLETÍN ECLESIÁSTICO. Por hoy nos limitaremos á publicar el sumario del primer número, que es como sigue:

1.º Un importante decreto de la Congregación del Concilio sobre Matrimonio.

2.º Un precioso artículo titulado «*Peligro en que están los Reyes que eligen malos Pastores*» y que está tomado de Bosuet sobre el Real Patrimonio.

3.º Otro artículo profundísimo cuyo epígrafe es «Unión y perseverancia», que en las actuales circunstancias no puede ser más oportuno, ni más importante, ni más instructivo para los verdaderos católicos.

4º Dictamen fiscal y sentencia del Tribunal Supremo de la Rota, en que se revoca la sentencia de un Juez Metropolitano, Confirmatoria de la de un Provisor, y se manda cumplir otra de la Sacra Rota Romana sobre Patronato alternativo.

5.º Un artículo por todo extremo interesante, que se titula «La vocinglería liberal contra la Encíclica Humanum genus.»

6.º Un trabajo notabilísimo, por su doctrina histórica y científica, acerca de «*La Santa Eucaristía y la ciencia.*»

Y por último «*La confianza en San José,*» bellísima relación de Fernán Caballero.

CONDICIONES DE LA PUBLICACIÓN.

El *Repertorio del Clero* se publicará dos veces al mes en cuadernos de 24 páginas en 4º

Precio de suscripción: Un año 2 pesetas 50 céntimos.

La suscripción da derecho á un libro á elección del suscriptor entre los del catálogo que se mandará al efecto, cuyo precio sea el de 2 pesetas 50 céntimos, ó á que se descuento esta cantidad en cualquiera que se pida de los del Catálogo, si su precio es superior al indicado importe de la suscripción.